



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

10 Vovere non potest monachus sine consensu sui Abbatis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

quest. 4. c. quando de jurejur. & Graff. c.  
21. num. 7.

<sup>8</sup> Ad voti validitatem f considerata tantummodo persona voventis, tria requiruntur, videlicet, rationis deliberatio, propositum voluntatis, & promissio, in qua voti ratio perficitur, quæ tria non multa<sup>12</sup> indigent deliberatione, sed subito fieri possunt. Sylvest. in verb. juramentum, 4. n. 9. quem sequitur, Graff. eod. cap. num. 2. sed non omnes habent potestatem vovendi, quia sex genera personarum vovere non possunt.

<sup>9</sup> Primo, f Episcopus votum, per quod vineulum inter ipsum, & suam Ecclesiam contractum dissolvatur, emittere prohibetur, nec etiam aliud, per quod ecclesiæ sua graviter præjudicetur, unde votum peregrinationis, per quod diu ab ecclesia sua abesse deberet, sine licentia Papæ emittere non potest, cap. nisi cum pridem, in fin. de renunciat. cap. sicut nostris, & ibi glo. in verb. in damnum, de jurejur. cap. magna, de vot. redem. & cap. licet, de regul. emittere tamen potest votum abstinentiae, & eleemosynæ, ac omne votum, per quod<sup>13</sup> bonum præbeat exemplum, d. c. magna, Host. in summ. de vot. §. quis vovere possit num. 7. & Graff. decis. aur. cap. 12. nu. 13. par. 2. lib. 2.

<sup>10</sup> Secundo, f monacho non licet vovere sine consensu sui Abbatis, & si voverit irritandum erit, cap. voto. 20. quest. 4. & S. Th. 2. 2. quest. 88. artic. 8. similiter nec Abbates sine consensu suorum superiorum, Abb. in cap. scripture, in fin. de vot.

<sup>11</sup> Tertio, f nec clericus lecularis votum peregrinationis sine sui Episcopi consensu emittere potest, sed votum continentiae, & religionis eidem emitterelicet, cap. due

funt. 19. quest. 2. cap. non oportet, de conser. dist. 5. Innoc. in cap. scripture, num. 3. & ibi Abb. num. 9. de vot. præstern, si habet beneficium, quod personalem residentiam requirat, cap. admonet, ubi etiam glo. in verb. in consulto de renunc.

<sup>12</sup> Quartò, f vir, & uxor non possunt vere abstinentiam, vel peregrinationem, unus sine consensu alterius, excepto voto peregrinationis ultramarinae, quod viri, & mulieres altero invito, si sunt potentes, facere possunt, Innoc. in d. cap. scripture, n. 3. vers. vir autem, & ibi Abb. num. 8.

<sup>13</sup> Quinto, f vovere validè non possunt impuberes sine tutoris, vel patris auctoritate, cap. 1. & 2. 20. quest. 2. nec pubes filius familias, excepto voto religionis, quod liberè emittere potest, sine consensu patris, Hostiens. in sum. §. si quis vovere. num. 7. vers. sed nunquid, de vot. sed ad professionem enattendam, hodie non sufficit pubertas, quia religionem nemo profiteri potest ante annum decimum sextum compleatum. Conc. Trident. cap. de reg. & monia. sess. 25.

<sup>14</sup> Sexto, f nec servus vovere potest, quicquam, quo miseratur servitium domini, cap. si servus § 4. dist. cap. mulieres, & cap. relatum, de sentent. excomm. & Innoc. in dicto cap. scripture, num. 3. & nemo potest sper votum f se firmiter obligare in his, in quibus alteri subjicitur, sine consensu sui superioris. Num. cap. 30 Quod autem non possit quis per promissionem se firmiter obligare ad id, quod est in potestate alterius, sed ad id tantum, quod est in sua potestate, quoniam. qui est subjectus alteri, quantum ad ea, in quibus est subjectus, non potest facere, quod vult, sed dependet à voluntate alterius, quapropter ea ratione